



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Licentia Inqvisitoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

## PRIVILEGIUM.

**S**ERENISSIMVS ET REVERENDISSIMVS, DN. DN. FERDINANDVS, Archiepiscopus, & Princeps Elector Colonienfis, vtriusque Bauariæ DVX, Dominus noster Clementissimus, præsentis priuilegii diplomate indulget & sancit, ne quis Dn. Doctoris piæ memoriæ Ioannis Gelenij Canonici Presbyteri Metropolitanæ Ecclesiæ Colonienfis, & SS. Apostolorum Decani, ac Suæ Serenitatis quondam in Spiritualibus Vicarij generalis opera posthuma, vel Ægidij Gelenij Canonici S. ANDRÆ lucubrationes vulgatas cum Censoris librorum licentia, absque hæredum vel auctoris voluntate æri incidat vel excudat per partes, aut integraliter vel excusas alibi intra Archidiœcesios terminos inuehat. Qui secus fecerit, confiscationi & Arbitrariæ pœnæ subiacebit. In cuius rei fidem præsentis Suæ Serenitatis Sigillo Electorali munitæ sunt. Signatum Colonia die 4. Aprilis, Anno 1633.

Locus O Sigilli.

Ex speciali Mandato

Segerus Straus.

## LICENTIA ORDINARII.

**H**istoria de S. ENGELBERTO Archiepiscopo Colonienfi &c. authore Reuerendo D. Ægidio Gelenio SS. Theol. Licentiate, nihil fidei Orthodoxæ, aut bonis moribus aduersum complectitur; multa verò præclara hucusque ignota, ex diuersis Archiuis sincerè, fideliterque deprompta; prout relatu eorum cognoui, qui eandem accuratè examinârunt. Magno itaq; Reipubl. bono, & priuatorû non spernenda vtilitate, typis euulgari poterit. Colon. die S. Euergisli Episcopi Col. 1633.

HENR. FRANCKEN Sierstorpius SS. Th. D. Regens

Gymnasij Laurentiani, librorum censor.

## LICENTIA INQUISITORIS.

**V**ita S. ENGELBERTI Archiepiscopi Colonienfis, cum annotationibus ex varijs authoribus, specialiter verò Archiuorum, aliorumq; fide dignissimorum manuscriptis, accurate à Reuerendo D. Ægidio Gelenio SS. Th. Licentiate collecta & digesta, cum nihil vere ac Catholicæ fidei, aut bonis moribus contrarium; plurima verò vtilissima, scitu digna, hætenusq; desiderata, atque ad propugnationem iuriû, peruilegiorumq; Cleri cum Secularis tum Regularis imprimis conducentia cõtineat, tuto imprimi, manibusq; piorum teri potest, Colon. in Conuentu FF. Præd. 26. Oct. An 1633.

FR. IOANNES PHILIPPVS FRIDT, Ord. Præd. SS. Th. D. & Professor per

Coloniensem Diœcesin & annexas partes Sancti officij

Commisarius Generalis.